

depositum, mutuum,
& alii innumerabiles.

contr. empt. & l. i. ff. locat. Literarum obligatio. t.
t. infr. de lit. oblig. & arg.
d. l. i. §. ult. de contr. empt. Dotis datio, fac. l. in rebus 30.
ibi, legum subtilitate. C. de jur. dot. & l. cum multæ. ult.
princ. ibi, sine nuptiis quidem nulla dos. C. de donat. ant.
nupt.

II. Divisio juris, in Scriptum (cujus etiam species exponuntur) & Non scriptum.

S. 3. Constat autem jus nostrum quo utimur a, aut scripto, aut sine scripto b: ut apud d. Græcos τῶν νόμων ὁ μὲν ἔγγειος, ὁ δὲ ἄγγειος. i. legū alio q̄t scriptū alic̄a v. s̄. h̄. r̄. t̄. e. pars juris non scripti est ipsa naturalis Aequitas.

a) hinc apparet, hanc divisionem non esse solius juris Civilis: sed juris in genere: quia nimis et jure naturali ac gentium utebantur Romani: Et magna pars juris non scripti est ipsa naturalis Aequitas.

b) Notandum, quod licet appellaciones opositorum istius divisionis membrorum, à scripturâ seu literis desumantur: ut ex §. 10. b. t. clucebit: specifica tamen eorum differentia, non tam ex sola scripturâ vel ex sanctione etiam sola, quam ex sanctione & scripturâ simul, dependeat: ita videlicet, ut jus scriptum sit illud, quod expresse sancitum & constitutum: & præterea in scripturam redactum est (sicuti partes juris scripti, hic in seqq. recensita, in scripturam & corpus Iustinianum redacta ostendi possunt.) Non-scriptum vero sit illud, quod expresse constitutum non est: ut cunque literis exaratum ostendatur, exemplo consuetudinum Feudalium.

[3.] Scriptum autem jus est Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratum edicta, Responsa & prudentum.

c) quatenus scil. ea, ut & alia Ictorum dogmata, in Pandectas, ceu jus scriptum, relata sunt, & in iis passim appa-